



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Acta Synodalia Dioecesana Ecclesiae Mediolanensis, Pars Secunda

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Decretum. XXVIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11399**

Decretum. XXIII.

Qui singulis diebus ali ubi celebra re debet, ne villo die de- sit.

SACERDOS qui singulis diebus in Ecclesia aliqua missæ sacræ facere debet, aliqua tñ causa ratione sibi lice- re putat, frequentem eam Missæ celebra- tionē semel in hebdomada intermitte- re: is ne illo intermissionis die Missæ sa- crificiū in alia Ecclesia faciat, nisi prius in locum suum Sacerdotem alium sub- stituerit, qui id præstet, quod ipse in illa Ecclesia debet.

Decretum. XXIII.

Quomodo liceat paro- cho extra suam eccle- siam cele- brare.

QVIBVS diebus Parocho extra parochialem suam Ecclesiam Missæ sa- crum facere permissum est; in quavis Ecclesia, quæ tamen Monialium non sit, ei illis diebus Missam celebrare liceat. Sin autem certis anni temporibus munus ille suscipere voluerit Missæ sacrum in Ecclesia faciendi, vbi eo munere ad- strictus non tenetur; ne eum ad id illius Ecclesiæ Rector Sacristave ante reci- piat, quam perspexerit ei licere facultate scriptis impetrata Missæ sacrificium in illa Ecclesia facere.

Decretum. XXV.

Meretrices ne intersint Missæ sacro. Sess. 22. dec. de obser. & euit. in ce- leb. Missæ.

CVM Tridentini Concilij decreto illud sancitum sit, vt is qui publicè & no- toriè criminofus est, sacris interesse non permittatur; in eoque genere etiam sint meretrices illæ quæ se publicè prostituunt, propterea Sacerdos Missæ sacrum facturus, vbi scierit ibi publicam adesse meretricem, quæ sacris interesse velit, illam admoneat, operamq; det, vt inde se abducat: quod si noluerit, is Missæ sa- crum ne inchoet.

Decretum. XXVI.

Interpreta- tio decreti synodi diœ- ce. 2. de elee- mosina die- rum festoru- rum pag. 337.

VT omnem tollamus dubitationem, quam apud aliquos ortam esse intellexi- mus ex Decreto vij. primæ Synodi Diœ- cesanæ Mediolanensis, in ea parte qua habet, quod pecunia quæ ob sacra per- agenda in capsula deposita erit, illam sa- crista vel Ecclesiæ Curator ijs Sacerdotibus pro rata distribuatur, qui eo die in illis ipsis Ecclesijs celebrarint: decla- ramus sensum illius Decreti non esse, pecuniam quæ pro elemosina oblata fuerit, totam inter eos esse diuidendam,

qui Missas aut diuina officia eo die in ip- sa Ecclesia celebrauerint; sed eius curæ Præfectum elemosinam tantum inter ipsos qui celebrarint Clericos partiri debere congruentem: Atque ideo, quod de elemosina distributa supererit, apud virum idoneum deponi mandamus, vt in aliam Missarum celebrationem di- stribuatur, aut in alias res, quibus Missæ sacrum eodem in templo decentius per- agi possit, idque Archiepiscopi arbi- tratu.

Decretum. XXVII.

QVI in Pascha se ad sacerdotem re- gularem extra Diœcesim commoran- tem contulerit, eiq; peccata sua confes- sus sit; huic tanquam inconfesso Pa- rochus eo Paschæ tempore sacram com- munionem ne præbeat; nisi Sacerdotē illum ad audiendas confessiones ab Ar-chiepiscopo, & ab eo in cuius Diœcesi moratur Episcopo, probatum esse perspe- xerit; idq; scriptis, quorum vnum Ar-chiepiscopi, alterum illius Episcopi sub- scriptione & sigillo munitum sit.

Nemo ad cō- fess. rē ex- tra diœcesim se con- ferat.

Decretum. XXVIII.

CONFESSARIVS, sceminarū agro- tantium confessiones, cuiuscūq; illæ fue- rint ætatis, ne audiat ostio cubiculi, vbi illæ decumbunt, penitus clauso.

Ægotantiū mulierū cō- fessiones ne audiatur o- stio clauso.

Decretum. XXIX.

PASCHÆ tempore quot confes- sarios sacerdotes parochus in audiendis confessionibus adiutores sibi necessarios esse iudicauerit; totidem sibi ad illum sacrum ministerium adiuvandum adiun- gere vetitum non sit, modò ij ad tale mu- nus idonei ante probati sint.

Paschæ tem- pore quales liceat paro- cho sibi ad audiendas cōfessiones sacerdotes adiungere.

Decretum. XXX.

PAROCHVS, cui ad etram ge- rendam Sacerdos alius coadiutor datus est, ea etiam adiuncta facultate, vt Pa- rochia suæ incolas in matrimonium con- iungere possit; eius nomen, cognomen, patriam in matrimoniorum librum re- ferat, notato præterea die, mense, & an- no, quo is adiunctus est: quæ præterea auctoritas celebrandi nuptias, vel ab Ar-chiepiscopo, vel à se cōcessa eidem erit, eam itidem eo libro describat.

Coadiutor ad matrimo- nia celebrā- da in librū referatur.

Decre-